



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118634**

§. 27. Quatuor Cardinales a Pio V. creati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul XVI.  
A C. 1568.

nonnisi ad rectam regiminis dispositio-  
nem, necnon ad conservandum disci-  
plinæ monasticæ fervorem conduce-  
rent. Hisce decretis omnes ferme re-  
ligiosi privati non sine jubilo sese subji-  
ciebant, minor tamen propensio depre-  
hendebatur in Præpositis, qui suas di-  
gnitates perpetuo possidendi, necnon  
reditus illis annexos percipiendi, illo-  
rumque dominium sibi vendicandi spe  
se dejectos dolebant, ac propterea huic  
emendationi acriter sese opponebant,  
eorumque repugnantia diu admodum  
vigeat.

§. XXVII.

*Quatuor Cardinales a Pio V. creati.*

Feria quarta die vigesima quarta Mar-  
tii pridie ante Beatæ Virginis an-  
nuntiatæ festum summus Pontifex qua-  
tuor Prælatos purpura decorabat, quo-  
rum primus erat Didacus Spinola Hi-  
spanus Castellani Senatus Præses, ac  
Seguntix Episcopus, necnon Genera-  
lis in Hispania Inquisitor: porro is cre-  
abatur Cardinalis Presbyter titulo San-  
cti Stephani in Cælio monte. Alter  
erat Hieronymus Souchierus natione  
Gallus in Alverniensi Provincia, seu jux-  
ta alios in Campania natus, Ordinis  
Cisterciensis Religiosus, & Parisinæ Fa-  
cultatis Theologicæ Doctor, necnon  
*Hist. Eccles. Tom. XLVIII.* T qua-

Ciacon. t. 3.  
p. 1031.

Sæcul. XVI  
A.C. 1568

quadragesimus secundus Claravallensium Abbas, qui Tridentinæ Synodæ interfuit, demum vero nominabatur Cardinalis Presbyter titulo sancti Marthæi. Tertius vocabatur Joannes Paulus ab Ecclesia Italus Tortonæ natus, qui primo Cardinalis Diaconus, & postea Presbyter tit. sancti Pancratii, necnon Præfectus signaturæ, ut vocantur justitiæ renuntiatus est. Hic antea Mediolanensis Senator, ac Papiensis Governator exstitit, mortua autem uxore sua, militiæ sacræ nomen dedit, Romanamque se recepit, ubi a Pio V. sua benevolentia honoratus magni momenti negotiis præfectus est, Denique quatuordecimus erat Antonius Caraffa Neapolitanus primo Diaconus, & postea Presbyter Cardinalis tit. sancti Eusebii, qui tamen mutato titulum sanctorum Joannis, & Pauli adoptabat: porro is antea erat Paulo IV. a cubiculis, necnon Vaticanæ Ecclesiæ Canonicus, qua tamen dignitate sub Pii IV. Pontificatu spoliatus est, cum communi calamitate Caraffarum familia premeretur.

§. XXVIII.

*De læræ Cardinalis obitus.*

*Ciacon.*  
*pag. 860.*  
*Ferd. Ughel*  
*in Ital. Sa-*  
*cro.*

Quamvis quatuor hisce Purpuratis sacrum Collegium fuisset auctum, eodem tamen anno septem alii Cardinales